Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

1737.

18. Mencken, Godofredus Ludovicus: De lege 6. Cod. de inoffic. testament. Programma, quo lectiones suas privatas indicit.

19. Mylius, Gustavus Henricus: Actuarius peccans circa inquisitionem generalem.

20. Mylius, Gustavus Henricus: De judiciis denunciatoriis Saxonicis.

21. Mylius, Gustavus Henricus: De officio judicis et clerici in actu admonitionis de vitando perjurio eorumque honorario.

22. Reckenberg, Carolus Otto, fac. jur. procancellarius: Programma, quo duorum juris candidatorum (Henrici Gottfriedi ~~Sch~~ Schacheri et Gottfriedi Leonardi Baudisii) diem ... dicit.

23. Reckenberg, Carolus Otto, fac. jur. procancellarius: Programma, quo summos in jure honores duobus candidatis, Henrico Gottfredo Schachero et Gottfriedo Leonardo Baudisio tribuendos intimat.

1737.

24. Reckenberg, Carolus Otto: Vindiciae manibus consortis sumendae ex lege XII tab.

25. Rivinus, Andreas Florens: De bonis principis patrimonialibus.

26. Rivinus, Joannes Florens, fac. jur. procancellarius s. p. d.: Programma, quo ad disputationes publicas invitat.

27. Rivinus, Joannes Florens, fac. jur. procancellarius s. p. d. (Programma, quo ad disputationes publicas invitat).

28. Rivinus, Jo. Florens: An et quatenus mortis reus tormentis denuo subjiciendus sit?

29. Rivinus, Jo. Florens: An et quatenus in locatione fundorum publicorum veteres possessores praeferendi sint? 2 Exemplare.

30. Sieber, Joan. Hospitas: De argentariis

1737.

31. Siegel, Jo. Gottlieb: De testatore suae voluntatis interprete

32. Thomasius, Gottlieb: De cautelis advocatorum circa formulam probandi in Wahr' saepe nocivis

Thomasius, Traugott:
33. An contra stuprum violentum locum habeat moderamen inculpatae tutelae?

34. Thomasius, Traugott: An ob libellum famosum sint dissolvenda sponsalia?

35. Thomasius, Traugott: An forma imperii Rom.-Germ. sit systema civitatum compositarum?

36. Walther, Aug. Frid.; fac. med. procancellarius: De entero-sarco-cele. Programma, quo panegyrin medicam Caspari Krischii indicit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17
DFG

ACTVARIVS PECCANS
CIRCA
INQVISITIONEM GENERALEM

SPECIMEN
QVOD
INCLVTAE FACVLTATIS IVRIDICAE
CONSENSV
SVB PRAESIDIO
GVSTAVI HENRICI MYLII
ICTI
SVPR. CVR. PROVINC. ET FACVLT. IVRID.
LIPS. ASSESS.
IN
AVDITORIO ICTORVM
D. XXVII. MART. MDCCXXXVII.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR ET RESPONDENS
IOH. GOTTFRIED HILLIGER
FREIB. MISN.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Z3,
1737,19.
2.
P. 303.
KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17
DFG

VIRIS
EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS
IVRECONSVLTISSIMIS
DOMINO
DN. SIGISMVNDO GOTTLIEB
HILLIGERO
IVRIVM DOCTORI CONSVMMATISSIMO, REG. POLON.
ET ELECT. SAXON. SCABINAT. LIPS. ASSESSORI
ORDINARIO LONGE CELEBERRIMO

NEC NON

DOMINO
DN. CAROLO GOTTLOB
MARBACHIO
PRINC. SEREN. DVC. SAXON. ET ADMINIST. EPISCOP.
MARTISBVRG. A CONSILIIS COMMISSIONVM ATQVE
PRAEFECTVRAE LAVCHSTADIENSIS PRAEFE-
CTO MERITISSIMO

DOMINIS SVIS, PATRONIS
ATQVE MAECENATIBVS SVBMISSE CO-
LENDIS, SANCTE VENERANDIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

HAS
QVALESCVMQVE STVDIORVM SVORVM
PRIMITIAS
OFFERT ET CONSECRAT
AC PRO IPSORVM SALVTE PERPETVA VOTA
DEVOTA SVSCIPIT
CLIENS

IOHANN GOTTFRIED HILLIGER
FREIBERG. MISN.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

IN

INQVISITIONE GENERALI

I.

ACtuarius peccat, qui actorum formam externam et internam negligit, quae coram ipſo fiunt, aut indicia nullo ſeruato ordine conſignat, ductum literarum in conſcribendis regiſtraturis inepte format, vt illae aut plane non, aut ſaltem cum faſtidio et diſpendio temporis legi poſſint. conf. *Sent. Scab. Lipſ. M. Auguſt. 1649. verſus Mittweyda:* Wenn Inquiſit nun ferner ſeine Defenſion zu führen gemeinet, wird hierzu eine gewiſſe Friſt uf 1. oder 2. Mo-

nath angeſetzt, ihme und ſeinem Advocato die ſämmtlichen verhandenen Acta jedoch in euern Beyſeyn zu durchleſen, und was ihme dienlich heraus zu ziehen verſtattet, und wenn er in Schrifften ferner etwas einwenden oder über die allbereit eingegebene ſchrifftliche Deduction Zeugen vermittelſt Eydes abhören laſſen wollte, wird ſolches alles von ihme auf- und angenommen, und mit einer leſerlichen Hand zu denen Actis regiſtriret, dieſelben auch fein ordentlich gehefftet, und wenn ſie alsdenn vollſtändig wieder überſchicket werden, ergehet rc.

II.

Peccat inquirens, ſi magis lucri quam officii habet rationem, et in actis conſcribendis, paginas et lineas diſtendit, aut teſtes plurimos, quam ad conuincendum reum requiritur, examinat, quo ex his magnus labor appareat et fraus fiat Legi Sportulis immodicis praeſcriptae, quod *Crimen Extorſionis* vocatur. vid. DANZA *de Official. cap. V. n. 51.* quae ratio pecuniae corrodendae hodie proh dolor! honeſta putatur, a quibusdam iuſtitia-

ſtitiariis, quos *Sportularum aucupes* merito vocat Dn. LEYSERVS *Spec. 481. Medit.* cum ad eos illud OVIDII quadret:

Ipſe decor recti facti, ſi praemia deſint
Non mouet, et gratis poenitet eſſe probum.

III.

Peccat Actuarius, qui ſtatim in limine inquiſitionis inculpatum verbis horridioribus et vultu ad terrorem compoſito alloquitur, qui minas ſpargit, equuleum, verbera, aut carcerem ſqualoſum denunciat, et in quauis actione in reum crudelis, durus et immanis apparet. Saepius enim, experientia teſte, homines ſceleratiſſimi lenitate, ſuaui alloquio, et cibo ad confeſſionem ingenuam magis inuitantur, quam per carnificem et verba toruo vultu eructata, terribilem vitae cruciatum et necem minitantia. Huc pertinet ICti MATTHAEI DE AFFLICTIS Conſilium, qui in ea opinione eſt, poſſe Iuſtitiarium ad conuiuium inuitare reum, et poſt coenam venire ad blan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

da Colloquia, atque ſic illum commouere ad Confeſſionem.

IV.

Peccat actuarius, qui reos furti ante inquiſitionem ſpecialem non certiores facit gratiae Principis, mandato Regio contra latrones et fures anno 1719. publicato in caſu ſpontaneae confeſſionis promiſſae, nec verba ipſiſſima praelegit, illis potiſſimum, qui extra Electoratum nati et commorati ſunt, multo minus de hac admonitione facta quaedam ad acta annotat.

V.

Peccat Actuarius, qui in qualitate facti minima detegenda multum operis et temporis conſumit, ea vero quae ad certitudinem corporis delicti potiſſimum faciunt, negligit, vel intacta relinquit, cum tamen antequam de veritate criminis commiſſi conſtet, ſuperuacanea ſit inquiſitio, nec rei confeſſio ſola vbique ſufficiat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

VI.

Idem peccat, ſi circumſtantiam temporis haud eruit, et diem incertum certiorem reddit annotatione ſua, cumprimis vbi ratione initii momentum aliquod vel ſuſpicionis vel innocentiae in eo eſt poſitum. Ita in ſtupro vel adulterio ſi vel maxime vnius confeſſio haec adſit: Es ſey der Beyſchlaff 14. Tage vor der Kirmeß, oder: den letzten Jahrmarckt, oder: bey der Einqvartirung der Soldaten geſchehen ꝛc. vix ac ne vix quidem de partus tempore legitimo, perfectione, abortu etc. rectum ferri poteſt iudicium in ſententia concipienda.

VII.

Actuarius peccat, qui in regiſtratura perſonas teſtes aut correos vel ratione officii ſuppreſſo nomine proprio nominat, e. gr. der Richter, der Bötticher, der Haußverwalter, die Große-Magd ꝛc. des Pfarrers Knecht ꝛc. vel ſaltem cognomento e. g. Schuſter Hanß Pferde-Gerge ꝛc. cum difficilis et incerta ſit coniectura, an vna eademque perſona, aut

alia ſit, quae reſponſionem poſthac edidit.

VIII.

Peccat Actuarius, qui in reſponſione inquiſiti dubia, obſcura, generali, aequiuoca adquieſcit, nec illam repetita quaeſtione vt magis explicet, admonet, inprimis in delictis qualificatis et vbi eorum conſummatio diiudicanda.

IX.

Peccat quoque, ſi confirmationem iuratam denuntiationis vel depoſitionis factae nimis properat, mulieris ſtupratae inprimis, cuius ſociae criminis aſſertio nuda indicium legitimum haud facit, licet iureiurando vel morte corroborata. V. BERLICH. *Concluſ. XXXVIII. P. IV. n. 49.* THEOD. *Crim. cap. VI. n. 22. aph. IV.* CARPZ. *Pr. Crim. Qu. 108. n. 58. ſeqq.*

X.

Peccat Actuarius, qui in delicto, quod rei-

reiteratum fuit, vt ſtupro, non interrogat reum, an poenam iam perpeſſus ſit, atque de eo vt iudicantibus conſtet, ad acta refert, quo de ordinaria poena, vel eius augmento iuſtum ſequatur iudicium.

XI.

Peccat Actuarius, qui in veritatem plurium delictorum inquirendo mox de vno, mox de altero quaerit, indicia vniuscuiusque criminis miſcet, cumulat, reique reſponſiones nullo ordine ſeruato, prout eloquitur, in chartam coniicit, niſi forte ſeries factorum et rerum id poſtulet, quod tum facile fieri poteſt, quando praeparatoria vnius delicti praecedunt, poſt alterum ſequitur, et hoc commiſſo, illud conſummatum fuit.

XII.

Peccat Actuarius, qui regiſtraturis ſubſcriptionem nominis ſui non adiicit, nec, quod hodie Ord. Proc. Rec. ſub poena 5. Thal. iniungit, ſe Notarium eſſe ſimul exprimit, aut nomina ſcabinorum omittit, cum ſaepius ob hanc

hanc incertitudinem ſententia interlocutoria non ſine iactura temporis et ſumtuum ferenda, nonnunquam fides iudicialis eiusmodi Actis detrahatur. Ita *Scab. Lipſ. M. Mart. 1721. ad Iud. Z.* Und es wird, ob der fol. 53. unterſchriebene Gerichts-Verwalter ein geſchwohrner Kayſerlicher Notarius ſey, zu denen Acten billig regiſtriret, auch, dafern er ſolches nicht ſeyn ſollte, mit Zuziehung eines dergleichen, und gnugſahmer Gerichts-Perſohnen dieſe Inquiſition fortgeſetzet, auch ſo dann die Blumenſtengelin anderweit Articuls-weiſe vernommen. ꝛc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

Leipzig, Diss., 1737 (M/Z)

ULB Halle 3
001 608 142

TA-70L

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17

L1.
1737,20.
3

DE

ICIIS
IATORIIS
ONICIS,
Gerichte

CTIS

EM ACADEMICAM,

ESIDE

ENRICO MYLIO

CTO

ET ORDIN. ICTOR.

SESS.

TORVM EXAMINI

ITTIT

ODOFR. HVHN

SIENSIS.

O IↃCC XXXVII. H.L.Q.C.

SIAE

LANGENHEMIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1680708201-17